

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 30vb–31rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 58 [Gn. 53]

[58] ^a-De querela per vulneratum in facto manifesto deprehensum. Capitulum XVI^a

Si vulneratus ad iudicium cum clamore decuctus fuerit in facto manifesto, et si ita inbecillis aut debilis fuerit, quod ipsum per tutorem seu prolocutorem querulari opportet et prolocutorem per sentenciam petat, extunc tali modo procedat sua querimonia: „Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro advocate, extunc in sentencia requiro, si per iusticiam ab aliquo insidias debeat pati, quam iure terreni */s/* debeam */k. 31ra/* aut sustinere, cum suam causam propter iuris exigenciam teneo”. Extunc sibi petat colloquium pro consilio, et cum colloquium habuerit, tunc requirat, qualiter suam causa inchoare debeat, et hoc per sentenciam diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc interroget sentencialiter, si requiri debeat de ore ad os, a quo suam habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emituntur duo scabini et ipsis preco, aut duo viri, qui iudicio astant aut astare consueverint, qui ab ipso soli audiant, a quo sua receperit vel habuit damna, vel qui in eo pacis federa confregit. <Federa pacis vel firmatam pacem vulgariter uczywyerdzonę mýr ^a> Extunc requirit sententialiter, si interrogari debeat circa iuramentum prestitum ac ius civitatis, quam ab eo audierint. Audita responsiva, tunc in se[n]tencia requiratur, si iam perfecerit, cum sibi diffinitur, quod sic, et sic eciam secundus et tercius interrogetur. Extunc sibi diffinitur, quod sibi proficerit. Extunc querimoniam incipiat: */k. 31rb/* „Domine iudex, placeat attente audire”. Tunc hic conqueritur ·N· super ·T· virum et super^b virum P·, quod ipsi venerunt intra municipale, et in eo pacem infregerunt et ipsum vulneraverunt aut proximum suum affinem pervicum trucidaverunt, si homicidium fuerit, et ipsum spoliaverunt corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc illi ter vocantur, quando vocati per clamorem ter fuerint, tunc conqueratur ul[te]rius et nominet^c malefactores, ut prius querulatum fuit. Item faciat tercja vice. Extunc inducie^d indicantur per noctem. Si tunc non comparent, duellum in eis aquiri potest.

^{a-a} czerwonym inkaustum; ^b w rkp. supre; ^c w rkp. noninent; ^d w rkp. indicie

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]